

*tinensis* enim inscriptio translata videtur ab *Orat. XXVI. Ὅτι ἔ παντος ἀνθρώπου, ἕτε παντος καιε το περι Θεο διαλεγεσθαι.* Initium: *Ad eos, qui in sermone callent. sermo nobis &c.* Sub finem, ubi *Gregorius* Philosophorum dogmata carpit, *Argent.* legit: *quod ipse dixit, noster* correcte *Αυτος εφα.* Pro *Gregoriano μετεσωματωσεις*, *Argent. esenorymatos*, noster saltem *μετεσωματως.* Et in uniuersum castigatius est exemplar eo, quo *Adolph. Mulingus Argentorati* usus est. Deficiunt tamen in fine 7. circiter lineae ab iis verbis: *disputa de anima.* Codici praenotatum est: *Liber hic mihi Petro Lambecio Hamburgensi S. Caes. Majestatis Consiliario, Historiographo et Bibliothecario*

*Quid mirum toto si spargitur orbe! Facere*

*Uno non potuit tanta ruina loco.*

CXCIX. VII. E. M.

329 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 176. f. luculente, quamvis non eadem manu per totum, exaratus, et rubricis distinctus continet sequentia: I. *Incipit liber de patriarchis. Continentur autem hic libri de abraham I. De ysaach et anima I. De esau et fuga seculi I. De iacob et uita b. II. De ioseph I. De benedict. (Patriarch.) proph. I. Apolya dauid. De nabuthe. De uerbis salom.* Opuscula haec, ut notum, *Ambrosii* sunt *Mediolan. Episcopi* Sec. IV. conscripta. Primum inquit: *Abraham Libri huius*

*Aulico donatus fuit a Turcis in Arce Budensi A. 1666. d. 10. Martij.* Qua de re et meminit *Comment. L. II. p. 993. edit. Kollar. col. 948.* et in epistola ad *Barth. Mollerum* germanica, quae in *Ad. Henr. Lackmanni Miscell. Literar. Hamb. 1721.* a p. 43. legitur. Falsus tamen in eo fuit, quod omnes IX. Sermones *Apologeticos* dixerit, et *Codici* formam 4. adsignaverit. Votum de conferenda versione hac latina cum graecis exemplaribus, quod addidit, impletum video ad calc. T. I. edit. *Billii* *supracit.* Ceterum, quoties reliquiarum nobilissimae Bibliothecae *Corvinianae* per uniuersam *Europam* distractarum aliquid contemplos, illud *Martialis* subit:

*titulus est. Quoniam per ordinem &c.* Deest *Liber II. sive allegoricus*, nec *Textus* in *Capita* diuisus est, ut in edit. *Opp. Mauriana Paris. 1686.* ad quam *Codicem* exigemus, T. I. col. 281. Lectio sat proba, nisi quod *Graeca* infeliciter corruptit *Librarius*, dumque scribendum esset: *anima nostra diuulgata est, scripsit: dei merces est.* Finis: *et bona senectute compleuit diem.*

*Fol. 21. De ysaac et anima.* Initium: *In Patre nobis sancti ysaac uel origo sutis expressa est &c.* Libro huic frequentius emendationes et subpletiones adspersae sunt, quam praecedenti. Finis:

nis: qui bis utitur seruare se debet et custodire. Extat in edit. col. 355.

Fol. 42. De fuga seculi. Serius additum: et esau. Initium: Frequens nobis de effugiendo seculo isto sermo &c. Sub finem legitur: Si oculus tuus alienam declinet. et lingua &c. ut in Mss. Gall. Editorum. Finis: et reconciliationis future fidem hausserint. Per dominum. n. j. In edit. col. 417.

Fol. 59. De iacob et beata uita. lib. I. Initium: Necessarius ad disciplinam bonus sermo omnibus &c. Finis: summa animi tranquillitate perfusus. Initium L. II. Superiori libro de uirtutum preceptis disputauimus &c. C. IX. nobis fol. 78. ad uocem anaboladium (ἄβολα. περιβολή. pallium) e Genes. c. 49. v. 11. haec in margine notantur: Anaboladium (ἀναβόλα) est amictorium lineum feminale. quo operiuntur humeri. quod greci et latini syndonem uocant uel pallium. Deprompta sunt haec ex Isid. Orig. L. 19. c. 25. ubi tamen feminarum pro feminale habetur. Rectene? Hic enim Judae viro adplicatur. Finis: quia atroci peremptus est morte. In edit. col. 443.

Fol. 83. p. 2. De Ioseph patriarcha. Initium: Sanctorum uita ceteris norma uiuendi est &c. Finis: Congregamini audite israel patrem uestrum. In edit. col. 483.

Fol. 102. p. 2. Tractatus de benedictionibus patriarcharum. Initium: Primum omnium quantam discimus parentibus deberi (edit.

referre) reuerentiam &c. Ex hoc ipso exordio liquet, quam arcte hoc Opusculum cum praecedenti nectatur, ut adeo Codices quidam non inepte illud *Librum II. de Ioseph* inscribant. Vide *Admonitionem* praeviam in edit. col. 511. Finis: Ego plantaui Apollo rigauit.

Fol. 115. Apologia dauid. Initium: Apologiam prophetę dauid presenti arripuimus stilo scribere &c. Est Apologia prior, et legitur edit. col. 675. Finis: ut christi sibi gratiam mercarentur. Cui est honor &c.

Fol. 132. p. 2. De Nabuthe. Initium: Nabuthe historia tempore uetus est usu cottidiana &c. Finis: etsi primę laqueos preuaricationis euaserunt. Deest itaque et hic breuis illa περιόρη, quam in edit. habes col. 588.

Fol. 146. p. 2. De tribus uerbis salemonis. Sermo est in *Tria Salomoni difficilia* Prov. 30. qui incipit: Mirum est satis dilectissimi Fratres, quod in hoc capitulo &c. Olim *Ambrosio* tributus, sed jam ab *Erasmo* ob stili diuersitatem ei abjudicatus, nunc in edit. cit. legitur T. II. append. col. 450. Finis: postea quam abluta est dicit se nichil fecisse. Atque hic *Ambrosiana* hujus Cod. finiunt, quae collatione non indigna fuissent, si Editoribus *Maur.* innotuissent. Adi et *Cod. seq.*

II. fol. 151. Epistola petri baiolardi (Abaelardi) contra calumpnias obiectorum capitulorum. Incipit: Uniuersis sanctę ecclesie filiis. Petrus. ex eis unus sed in

*eis minimus. Notum prouerbium est. nichil tam bene dictum quod non possit deprauari &c.* Confessionem hanc sive Apologiam scripsit Vir casibus suis notissimus et qui melius desit, quam coepit, postquam Episcopi et *Bernardus Claraevall.* e conventu *Senonensi Capitula* quaedam ex ejus Libris, ut ajebant, excerpta ad *Innocentium II.* damnanda misissent: Extat bis in edit. *Opp.* ejus *Paris.* 1616. 4. primum quidem mox post *Præf. apologet. Franc. Amboesii*, dein p. 330. In *Cod.* nostro folior. ordo turbatus est ita, ut pars ejus posterior *fol. ult. p. 2.* quaeri debeat.

III. *fol. 152. Incipit libellus excerptus de Libris Domni Ruodberti Tuicensis Abbatis. quos paulo ante quam obiret de Meditatione Mortis componere cepit nec perfecit. Ruperti nostri egregii Sec. XIII. Scriptoris Opera*, quotquot hætenus, ut fert Titulus, haberi potuerunt, IV. *Tomis* postremum lucem videre *Venetis* 1751. f. T. IV. Editionis hujus p. 236. incipiunt *Libri* ejus II. *de Meditatione Mortis.* Codex noster Autoris aevo, ut veri simillimum, scriptus; unicum exhibet. Tantum vero abest, ut is ex impresso *excerptus* dici possit, ut potius illo multum sit plenior, dolendumque, quod *Gregorio Canonio* edit. cit. Curatori non innotuerit. Incipit vero: *Quid nunc agis (edit. magis) o anima &c.* et mox post verba: *meditatio mortis*, hæc inferit: *Vaca aliquantum deo. et requiesce aliquantu-*

*lum in eo. Intra in cubiculum mentis tue. et exclude omnia preter deum. et quæ te iuuent ad querendum eum. et clauso ostio quere eum*, quæ absunt ab editis. Dabo et alia Editionis *Capita*, quæ e nostro *Cod.* subpleri possunt. Ipsum C. 1. post verba: *vitæ præsentis*, nobis per 1. et *med. pag.* excurrit. C. 9. post illa: *cogitet quisque qualis futurus sit*, prolixus 2. *pagg.* locus deest, qui nobis incipit: *Beatus quoque iob preter illum proprium dolorem &c.* et finit: *tanto cicius elabitur.* Inter C. 18. et 19. aliud nobis insertum est hoc initio: *Vtinam appenderentur peccata mea &c.* et sine: *Exurge in adiutorium mihi.* C. 19. in editis ultimum ita clauditur: *et secundum utrumque reus gehennæ ignis.* Noster continuat: *Sed inventum est, ut dixi ammirabile illud commercium*, et post 1. pene et *med. pag.* definit: *non morietur in eternum. Ipsi honor. laus et gloria. et imperium. a seculo. et nunc et semper &c.* Deest vero etiam, ut nihil dissimulem, in *Nostro* locus ille C. 2. qui incipit: *Haec nostra propositio est &c.* quo Titulum *Opusculi* enunciat *Rupertus*, et ejus scribendi occasionem. Vide et *Cod. CCCIX.*

IV. *fol. 170. p. 2. Epistola* inscripta: *H. Sancti Victoris Priori. W. Salutem.* Litera prima *Hugonem* denotat, quem tamen quidam *Priorem* Collegii sui fuisse negant. *W. Walterum* seu *Gualterum de Mauritania, Maritania, Mortagnia, Moretonia*, e Professore Rhet. in *Monte S. Genovesæ*,

*novesae, Authoniensem in Flan-*  
*dria, tum Laudunens.* Canonicum  
 et Episcopum, qui *Petri Abael-*  
*ardi* adversarius et *Hugonis a S.*  
*Viêt.* amicus obiit a. 1174. Ini-  
 tium: *Nuper de parisiis ueniens.*  
*dominus Arnolfus. sagiensis archi-*  
*diaconus. socius et amicus noster*  
*carissimus &c.* De hoc viro po-  
 stea ab an. 1141. ad an. 1177.  
 Episcopo *Lexoviensi* adi *Fabric.*  
*Bibl. med. Lat. L. I. p. 142.* Ar-  
 gumentum Epistolae, ut ejus ver-  
 bis utar: *Utrum anima quam in*  
*persona christi assumpsit diuinitas.*  
*tantam habeat penitus scientiam et*  
*sapientiam, quantam habet diui-*  
*nitas.* Adferebat *Hugo.* Negat  
*Walterus.* Produxit eam in lu-  
 cem primus *Hugo Mathoud O.*  
*S. B. in Observatt. ad Libb. Sen-*  
*tentiar. Rob. Pulli, Paris. 1655.*  
 p. 332. f. *nobilissimum Antiqui-*  
*tatis fragmentum* compellans. In-  
 de *Caes. Egass. Bulaeus T. II.*  
*Hist. Univ. Paris. p. 64.* retulit,  
 uterque quidem autorem *Guilel-*  
*lum* pro *Gualtero* nominantes,  
 litera G. initiali in *Cod.* suo, ut  
 videtur, decepti. Quin *Bulaeus*  
 pro *Guillelmo de Mauritania* con-  
 tra *Gualterum* arguit ex eo, quod  
 hic junior fuerit, quam ut ejus-  
 modi Tractatus sublimes cum *Hu-*  
*gone Viëtorino* conferre potuerit.  
 Verum neque aetas repugnat, si  
 demus *Gualterum* sexagenario ma-  
 jorem obiisse, et *Codices* bini  
 aperte *Gualteri* nomen praefe-  
 runt, *Lipsiensis* scilicet *Bibl. Paul.*  
 excitatus a *Joach. Fellerio* in *Cat-*  
*al. p. 147.* et *Laetiensis* in *Han-*  
*nonia* Abbatiae Opusculum *Hu-*

*gonis Viët. de Anima Christi,* quo  
 is *Gualtero* respondit, continens,  
 cujus *Prologum* dedit *Oudinus T.*  
*II. col. 1145.* quem, ut ait, ul-  
 tima editio *Rothomagensis Opp.*  
*Hugonis Viët.* facile obtinere po-  
 tuisset, si, quod ipsa mentitur,  
 cum Mss. Codicibus collata fuisset.  
 Quae verba non nisi dormi-  
 tanti excidere potuere, cum *Pro-*  
*logus* hic omnibus, qui oculos ha-  
 bent et vident, *editionis* culpa-  
 tae *T. III. p. 48.* in promptu fit.  
 De *Epistola* porro nostra obser-  
 vo, variare illam hinc inde a su-  
 pracit. *Mathuldi* editione, ut vel  
 ipsum docet exordium, levius ta-  
 men. Itaque unum duntaxat lo-  
 cum noto. *Pag. 333. col. 1. D.*  
 legit *Mathuldus: cum in deo nul-*  
*la possit omnino eadem miseria,* et  
 quia nullum id habere sensum ad-  
 vertit, in margine addidit: *esse.*  
 Sanatus est locus, ubi cum No-  
 stro *cadere pro eadem* reposue-  
 ris.

*V. fol. 173.* Post breves quas-  
 dam de Materiis variis theologi-  
 cis notulas reditur ad *Petrum*  
*Abaelardum,* ita: *Hæ sunt here-*  
*ses petri baylardi pauce de multis.*  
 Initium: *Quod pater sit plena po-*  
*tentia. filius quedam potentia. spi-*  
*ritus sanctus nulla potentia &c.*  
*Ofodecim* illa *Capitula* haec sunt  
 in *Abaelardi* Scriptis a *Bernardo,*  
 si, ut ait *Amboesius* in *Praef. Apo-*  
*loget.* suprac. credere fas est,  
 reperta et ad *Innocentium II.* mis-  
 sa, quibus *Abaelardus* in *Episto-*  
*la* supra *N. II.* relata calumniae  
 notam impingit. Inferuit ea dic-  
 tae *Praef. Amboesius,* sed minus  
 exacte;

exacte; omisit enim unum, quod sic habet: *Quod etiam castus timor excluditur a futura uita.* Aliud cum nostris emendationibus ita legendum: *Quod ad Patrem, qui ab animo (alio) non est, proprie vel specialiter operatio (omnipotentia) non etiam sapientia et benignitas.*

VI. fol. 173. p. 2. *Epistola bernhardi abbatis.* Scripta ad Innocentium II. post Conuentum Senonensem coram Rege Ludouico VII. celebratum, e quo egressus Abaelardus Sedem Apostolicam adpellauit. Incipit: *Amantissimo patri et domino Innocentio — Necessesse est ut ueniant scandala &c.* Extat Opp. Bernardi edit. Maur. Paris. 1690. T. I. epist. 189. Item Opp. Abaelardi supracit. p. 272. Nobis finit: *qui nec uestrę persone nec curię pepercit,* omissa illa editor. clausula: *quod melius Nicolaus iste meus, imo et uester, uiua referet uoce.*

VII. fol. 175. p. 2. absque titulo: *Innocentius episcopus seruus seruorum dei. H. (Henrico) senonensi. (Sampsoni) Remensi archiepiscopis. eorumque suffraganeis. sal. et karissimo in christo filio. B. clareualensi abbati salutem.* Damnantur Abaelardi dogmata cum suo auctore, eique tanquam haeretico perpetuum silentium imponitur. Initium: *Testante Apostolo sicut unus dominus &c.* Finis: *innodandos esse censemus. Data later. XVII. Kal. Aug.* Extat Opp. Bern. T. cit. epist. 194. et Abaelardi p. 299.

In Theca postica egregii huius Codicis legitur: *Iste liber pertinet ad Sanctam Mariam Koteuic* (Coenobium Gottvicense O. S. B. in Austr. infer.) *Quem quis quis ui seu fraude vel furto abstulerit deleatur de libro uiventium Amen fiat fiat.*

CC.

Codex chartaceus lat. Sec. 162 XV. Folior. 274. f. probe scriptus et rubricis distinctus continet inprimis plura S. Ambrosii Mediolanensis Episcopi, Scriptoris Sec. IV. Opuscula hoc ordine: I. Librum primum de Abraham absque secundo. Titulus: *Incipit liber primus de Abraham patriarcha.* Initium: *Abraham libri huius titulus est &c.* Finis: *et bona senectute compleuit dies.* Monendus jam hic est Lector, Opusculum istud cum sequentibus a quibusdam, ut Cassiodoro, Gratiano, Thoma Aquinate &c. olim sub generali vocabulo Operis de Patriarchis comprehensum, et singula Opuscula tanquam singulos huius Operis libros consideratos fuisse.

II. fol. 13. p. 2. *Incipit liber secundus de ysaac et anima.* Initium: *In patre nobis sancti ysaac uel origo &c.* Finis: *seruare se debet et custodire.*

III. fol. 25. p. 2. *Incipit liber tertius de bono mortis.* Initium: *Quoniam de anima superiore libro sermonem &c.* Finis: et nunc